

LI

literarum. Vale ex Mediola. pridie idus Iunias. M. cccc. Li

Franciscus Philelfus Antonio panbormitæ sal.

f Iqua in re Xenophōti filio fuerit opus tua opa: scio te nihil eorū prætermisissū: oim: quæ mea interesse cognoris. Quis em̄ est cui q̄ tibi carior esse debeā: Nā ego te nō secus diligo amoq; ex animo ac fratre: id qd̄ tibi nisi ex omni parte est cognitū: quid esse cognitū possit: nō intelligo. Vale cū pudicissima uxore tua pulcherrimaq; filiola. Ex Mediolano pridie idus iunias. M. cccc. Li.

Franciscus Philelfus Aenico daualo eq̄ti aurato sal.

x Enophon fili⁹ ad te uenit: ex quo mētē meā oēm intelliges. Quare qcqd̄ tibi noie meo exposuerit: ita accipe: ac si me corā loquētē audires. Verba em̄ filij patris sunt oia: Itaq; me totū in Xenophonte apud te esse existimato. Te aut̄ rogo: ut idem in me sis: qui fuisti sp̄: hoc est & facilis & humanus: & quātū ad regē attinet: pbenign⁹. Reliqua ex ipso Xenophonte cognosces. Vale ex Mediolano pridie idus iunias. M. cccc. Li.

Franciscus Philelfus sal. di. pl. Frācisco barbaro.

q Varenti mihi litteras ad te dare: quas lectur⁹ libent̄ fores: nullum sane cōsentaneum misis occurrebat argumētum: Nam quid aliud Philelfus dignius scribat ad barbarum q̄ de humanitatis studijs: Ad hæc scilicet apud nos sordent: De rebus uero bellicis: quas uideo quotidie impendere ardentioris: nō est mei muneris quicq; obstrepere. Quod autem acceperim te ex pedibus laborare: nō potest mihi pro nostra summa beniuolentia: non esse per molestum: Es enim indignus: qui quicq; patiaris quod nolis: præsertim cum sis uita continentissima: ni fortassis iste sit morbus ab usq; maioribus tuis hæreditarius: Nam podagra (ut Hippocratis sententia est) fit ex eo sanguine: quē bilis ac pituita corruerit: & id quidem in uenis gracillimis: quibus corpus ut pernecessarijs: carere nullo pacto potest. At ipse tu nulli es bili obnoxius: qui unus omnium sis moderatissimis morib⁹: sed ne pituitæ quidem: qui nulla sis nec igenij nec corporis crassitudine. Quare cum istius